

mine signatarum. Datum Spire anno domini M ccc vicesimo quinto crastino beate Walburgis. Ista littera est sub Enghelberto.

V.

Quittung des Johannes Crone an Stelle des Kanzlers Hermann von Lichtenberg für Wilhelm von Holland über 500 Pfund Haller.
Dordrecht, 1325 Juni 8.

Register EL 40 fol. 6r im AR. Haag.

Universis presentes litteras visuris vel auditoris. Ego Iohannes dictus Crone publice protestor quod ego ex parte dilecti magistri mei domini Hermannii Lichtenberch cancellarii serenissimi principis domini regis Romanorum recepi ab eccellente principe domino Willelmo comite Haynonie Hollandie Zielandie ac domino Frisie quingentas libras hallencium in prompta et numerata pecunia, quas idem dominus comes domino meo cancellario predicto promisit et debuit occasione feodi assignandi in loco et allodio certo a dicto domino comite tenendi titulo feodali. Et quia proprium sigillum non habeo, rogavi nobilem virum dominum Willelmum de Forġ militem, ut pro me suum sigillum presentibus apposuit in testimonium premissorum. Datum apud Dordr(acum) in crastino beati Servacii episcopi anno domini M ccc vicesimo quinto. Littera est sub Enghelberto.
